# Septem pſalmi penitentia les nouiť metrice cõpilati:



Ad epiſcopum anicienſem chriſtianiſſimi gallorum regis elemoſinarium magnificentiſſimum Egidius delphus Socius ſorbonicus .S.

Optime pontificum qui pectore iura recondis
  Accipe de pſalmis carmina pauca ſacris.
Si non quem cupias potui ſeruare decorem:
  Eſt michi ſat fuero ſi breuitate placens
Nam centena quidem vigena qꝫ carmina tantum
  Si non que vates omnia multa tenent.
Inuicto regi (niſi forte videtur ineptum)
  Hac ſaltem cauſa credo probare potes.
Ut ſi quando nimis ſi publica cura fatigat:
  Rex regi breuius regia verba ferat.
Molimur maiora tibi digniſſime preſul
  Ad teſudabit nocte die qꝫ labor.
Nunc igitur reuerande pater qui ſecula luſtras:
  Diſcipulum placido ſuſcipe corde tuum.

Exortatio ad poetas.

Carminibus vates miſteria dicite ſacris
  Saturnus iaceat/numina falſa iouis
Concubitus qꝫ vagus fictorum ex arte deorum
  Iuno infeſta/venus calida/mars qꝫ ferox.
Quis ve ferat ditis teterrima regna propbani
  Quid modo neptunus? quid modo flaua ceres?
Quid queſita iugis deſerta proſerpina matre
  Omnia ſunt hominum vana ſuborta dolis.
Exemplo meliore deum cantate potentem
  Qui penſat meritis premia digna ſuis.

In finem pſalmus dauid pro octana hoc eſt canticum dauid cātabile illo inſtrumento octo chordaꝝ certātibus cantoribus ad victoriam in cantu. Aliter exponitur ſic. In chriſtum q̄ finis eſt legis Canticum vi deſiderabilis pro octaua die ſtꝫ aduentu vltimo qui poſt ſeptendecim dierum reuolutionem ſine huiuſmodi varietate erit. ꝯpoſuiſſe videt̃ dō̃ adexorādū veniā eoꝝ ip̄ꝫ numerarat Iactanter nec oblato precio quod deo dari precipitur Exodi. xxx. de hoc agitur. et Regum. xxiiii.

Incipiūt ſeptem pſalmi metrice cōpilati.

On me carpe deus quāuis furor ira qꝫ poſcūt    Dn̄e ne
Egroti miſerere ſalus· haud oſſa quieſcunt.    Miſerere

Mens anguſta iacet / iacet o deus alme quouſqꝫ    Et anima
Eripe qui potis es ſumma bonitate miſertus    Cõuertere dñe
Quis tibi ſub mortem quiſnaꝫ fateatur ĩ orco    Qm̃ nõ e ĩ morte
Quã gemui nũq̃ꝫ lachrimis ne lauero lectum    Laboraui ĩ geĩtu
Eſt furor hos oculos / diro veteraſcimus hoſte    Turbatus eſt
Ite et abite mali gemitum deus audit amarum    Diſcedite a me
Deprecor ecce fauet donat quodcũqꝫ rogamus    Exaudiuit
Jam pudeat verſos pudeat vehementius hoſtes    Erubeſcant
Gloria ſit patri / proli cum flamine ſacro    Gloria patri et filio
Que ſine principio durans ſine fine vigebit    Sicut erat
Intellectus ſiẽ eruditio dauid hoc ẽ cognitio pctĩ ſui ꝯpoſuiſſe videtꝛ dauid ĩ ꝯmẽdatõeꝫ ꝟe penitẽcie q̃ ſiẽ pctõꝝ aĩadũſiõe nõ ex
Felix cui tegitur ſcelus om̃e / manet qꝫ remiſſũ. Beati quoꝝ (iſtit
Cui qꝫ bonus nihilũ deus imputat: eſt qꝫ fidelis    Beatus vir
Mutus eram: hinc nimiis clamoribꝫ oſſa fatiſcũt    Qm̃ tacui
Nocte die grauis eſt: perii fixa michi ſpina    Qm̃ die ac
Delictum confeſſus ego ſcelus omne recepi    Delictũ meum
Dum ſtatim mea ferre tibi peccata remittis    Dixi cõfitebor
Omnis obhoc ſanctus ſub tempore vota refundet    Pro hac
Nemo ſed accedet fluctus quem merget aquarum    Verũtñ
Tu michi confugium: mea gaudia: ſuſcipe me me.    Tu es
Ipſe ego te erudiam gradienti limina figam    Intellectum
Nil quaſi mulus agas: nec equus quos frena cohercet    Nolite
Prauos pena manet ſperantes gratia ſumma    In chamo
Vos domino gaudete pii ſit gloria cordi    Letamini
Gloria ſit patri ut prius    Gloria patri
Cãticũ dauid ĩ cõmemoratione ſabbati hoc ẽ ad recordanda pctã ſabbtĩ aũt vel qd̃ ĩ ſabbtis cãtaretꝛ vel extremã requiẽ deſigt cõpoſuiſſe videtꝛ dauid ad pctõꝝ totius pplĩ recordationem
Haud me carpe deus q̃uis furor ira qꝫ iuſta eſt.    Domine ne
Tela michi figis nimiũ ſub corde grauato    Quoniã ſagitte
Hinc perit egra caro delictis oſſa mouentur    Non ẽ ſanitas
Que caput infeſtant in mortem ponderis alti    Qm̃ iniquitates
Stulticia putruit nimia corrupta cicatrix    Putruerunt
En miſer incuruor gradiens non abſqꝫ dolore    Miſer fact9
Irruit in lumbos illuſio carne ſub egra.    Quoniã lũbi
Afflictus ſubigor gemitu rugimus acerbo    Afflictus ſum
Tu mea vota tenes gemitum de corde reſiſti    Domine ante

| | |
|---|---|
| Corde grauor nec adeſt virtus ſine lumine dego | Cor meum |
| Preſtitit infenſum qui ſe geſtaret amicum | Amici mei |
| Notus abeſt: audent vitam vi tollere nixi | Et qui iuxta me |
| Peſſima conati meditantur vana dolos qȝ. | Et q̄ iqnirebāt |
| Tum ſurdeſcentes clau ſo miteſcimus ore | Ego autem |
| Sum quaſi qui ſurdens haud verba redarguit vlla | Et factus |
| O ſpes ſumma michi deus ac dominator adeſto | Qm̄ i te dn̄e |
| Diximus aduerſi ne vincant grandia fautes | Quia dixi |
| Dum pedibus motis crucior dolor vrget ĩiquus | Qm̄ ego in. |
| Jam ſcelus omē feram ſi qđ memorabo ſceleſtū | Qm̄ iiq̄tates |
| Hoſtes vel multi viuūt odio vel iniquo | Inimici autem |
| Qui male gratis agūt detractant recta ſequēti | Qui retribuūt |
| Haud me linque deus votis aſcedere nolis | Ne dereliquas |
| Qui magis affer opem deus alme de⁹ qȝ ſalutis | Intēde i ad. |
| Gloria ſit patri vt ſ̄. | Gloria patri |

Ad victoriā pſalmus dauid quū venit ad eū Nathan propheta qñ ĩtrauerat ad berſabē ad victoriā .i. qđ i finē hoc ē cū conatu cātorꝝ ad vīcēdū h̄ pȝ ex titl'o q̄ dđ ſceleris illi⁹ pcti veniam petit et gratis reſtitutionem.

| | |
|---|---|
| Pro magna pietate tua miſerere creator | Miſerere mei |
| Et quātū bon⁹ es tm̄ mea crimina purga | Et ſcđȝ multitudineȝ |
| Aufer ĩiqua mihi peccata qȝ noxia tollas | Amplius laua me |
| Nam ſcelus agnoui qđ me ſiē pace remordet | Quoniā ĩiquitatē |
| Te ſolū leti pateas vt victor et equus | Tibi ſoli peccaui |
| Dum me conciperet mr̄ tam crimē habebam | Ecce eni ĩiquitatibȝ |
| En tibi vera placent: tua mi ſecreta reuelas | Ecce enī ỽitatem |
| Aſperges me iſopo: niuē ſupabo decorem | Aſperges me |
| Leta audire dabis: gaudebunt oſſa ſubacta | Auditui meo |
| Vultū auerte malis: et peſſima q̄qȝ repurgas | Auerte facieȝ |
| Da mihi cor purū: noua viſcera ſpūs ornet | Cor mundū crea |
| Ne vultu me deicias nō ſpūs abſit | Ne ꝓicias me |
| Jlle tuus Jocūda feras firmā qȝ ſalutem | Redde mihi leticiā |
| Recta docebo malos ad te vertent ĩiqui | Docebo iniquos |
| Nos eſāguinibȝ redimas Juſtūqȝ canem⁹ | Libera me deſāguibȝ |
| Tu labiis donato loqui: tua geſta ferem⁹ | Dn̄e labia mea |
| Hoſtia nulla placet tulerā ſi forte volebas | Quoniā ſi voluiſſes |
| Vis animā ſacram / vis mitia trita qȝ corda | Sacrificium deo |
| Condere da muros ſolime: fac grata ſioni | Benigne fac |
| Tum ſacra iuſticie capies vitulos qȝ parā | Tūc acceptabis |

Gloria ſit patri et cetera    vt ſ.
Oratio pauperis cum anxius eſſet et corā dño effūderet p̄ces ſuas
Compoſitus videtur pſalmus in deſideriū meſſie ppl'ꝫ liberaturi
Audi vota deus clamores excipe noſtros    Dñe exaudi
Haud vultum vertas quotiens gemo gratior aſſis    Nō auertas
Inuoco ſi quando: tu mox preſentius audi    In q̄cūqꝫ die
Uita vt fumus abit velut oſſa cremētur    Quia defecerunt
Ceſus ego vt fenum neglecto pane cor aret    Percuſſus ſum
Uoce graui gemitus: heret cutis oſſibus egris    A voce ge.
Solus vti volucris caua ſum pelle ſub edes    Silis factus
Micticorax vigilo quaſi paſſer tecta repoſcens    Uigilaui
Aſſidue inſtsbant hoſtes blandi qꝫ nocebant    Tota die
Panis erant cineres inmixta qꝫ pocula fletu    Quia cinerem
Quando indignaris dum deprimis ante vigentem    A facie ire
Tranſit vt vmbra dies exſiccor vt arida fena    Dies mei
Tu ſtas eternum: nomen qꝫ perhenne manebit    Tu autem dñe
Jam miſerere ſionis: vti ſua tempora poſcunt    Tu exurgēs
Sunt placiti lapides ſernis: ⁊ terra placebit    Qm̄ placuerūt
Et metuent gentes: terrebit gloria reges    Et timebunt
Namqꝫ ſigna ſtrues et gloria tanta vigebit    Quia edificauit
Exaudis humiles: nec ſpernis vota piorum    Reſpexit i orō
Poſteritas hec nota colat: recolāt qꝫ nepotes    Scribantur
Deſpexit deus arce ſua de ſedibus altis    Quia proſpexit
Audiat vt gemitus nexorū: vt vincula rūpat    Ut audiret
Ut qꝫ ſion domini cantet: ſolime qꝫ celebrent.    Ut ānūciant
Ut reges populi qꝫ ſimul dent vota tonanti    In cōueniendo
In virtute refert quantis perſtabo diebus    Reſpondit ei
Non reuocet mediis: tua tempora fine vacabūt    Ne reuoces
Principio terram fabricas: celos qꝫ creaſti.    Inicio tu dñe
Iſta licet quaſi veſtis eant: tu ſemper es idem    Ipi pibunt
Illa velut tegmen mutas tu ſemper es idem    Et ſicut op to.
Nati ſeruorum toto cum ſemine ſtabunt    Filii ſernorum
Gloria ſit patri et cetera.    Gloria patri.

Canticū graduū .i. pſalmus in aliquo graduū tēpli (qui q̄n deci nuēro erāt) decātādus vel cāticū ꝓfectus ī ꝟtutē vł aſcēſus in gliaꝫ. Siē cāticū aſcēſꝰ a cōualla plorati ōis ad mōtē q̄ ē xp̄s.

Audi ſūme deus te quando precamur ab imis    De profūdis
Deprecor intendant aures in cuncta benigne    Fiant aures.

Si ſcelera obſerues quiſnã preſtare valebit? Si iniquitates
Me tua cordarũt clementia lex qꝫ ſacrata Quia apud te
Suſtentant animũ tua dulcia verba gementem Suſtinuit.
Plebs domini ſperet a mane vel vſqꝫ tenebras A cuſtodia
Q bonitate nites magna vbertate redemptor Quia apud
Tu populum quocunqꝫ tuum purgabis ĩiquo Et ipſe redi.
Functos alma quies recreet cum luce perhenni Requiem.

Pſalmus dauid quãdo pſeq̃batur ipm filius ipius abſalõ in alia nota ut videt ex titulo illo vulgato de q̃ agit regũ.xxv.poteſt etiam de pſecutione iuſtoꝝ ſpiritali ĩ hac vita p̃mo expoĩ

Audi vota deus: te verum te obſecro iuſtum Dñe exaudi.
Ne famulum damnes: quis nã te iudice inſtas Et nõ itres
Iuuadit qꝫ hoſtis animã vitam qꝫ moleſtat Er per ſecutus
Dum locat obſcure q̃ſi functuꝫ corde mouebar Collocauit
Iamque dies memoror veteres tua facta recẽſens memor fui
En tibi tendo manus corvt arida terra dehiſcit Exaudi
Meus defecta perit: nos o deus ocius audi Velociter exaudi
Non vultum auertas foueã qꝫ ſubire videbor Non auertas
Spes mihi firma manes bonitas tua mane niteſtat Auditã fac
Qua pgam monſtrato viam: tibi dirigo corda Notã fac mihi
Ad te curro deus placeã tibi perde ſuperbos Eripe me
Recta me duces: ſacro pro nomine viuam Spiritus tuus
Exhilarans aiãm clemens diſperge malignos Educes de
Qui vitam torquent quando tibi ſeruulus aſto Et perdes
Gloria ſit patri et cetera. Gloria patri

Letanie ſecũdũ vſũ romanum

Antiphona. Ne reminiſcaris

Haud deus alme poli tot crimina noſtra memento
Queqꝫ patres noſtri fecere ſit vltio nulla. Vel parentum
Quem qꝫ redemiſti populo miſeratus adeſto Parce pplõ
Eternum nobis iraſci magne redemptor Ne ineternum ira.
Kyrie (ſumme pater miſerere precantis) eleyſon.
Chriſte (o nate dei miſerere rogamus) eleyſon.
Kyrie pneuma ſacrum miſerere rogamus eleyſon.
Audi chriſte deus ne deſpice vota tuorum
Qui celos pater alme regis: miſerere benignus
Adſis nate dei mundum qui ſanguine curas
Spiritus alme deus facilis miſerere dolenti
Tu miſerere deus coleris qui trinus et vnus

Funde preces nato ſanctiſſima virgo benigno
Inclyte tu michael miſeris aſſiſte precanti
Et gabriel raphael qȝ potentes ordine toto
Qui qȝ lauas xpriſtum Joannes optime proſis
Quotquot florentis patriarche/quot qȝ prophete
Tu petre paſtor ades paulo cōiunctus amico
Andrea qȝ ſacer Joannes candide ſcriptor
Mathia mathee/Simon thadee Philippe
Bartholomee decens thoma cum barnaba adeſte
Egregii qȝ duces Jacobi:marce qȝ preſul
Et ſanet lucas animas:et apoſtolus omnis
Diſcipuli diui ſimul inſontes qȝ puelli
Stephane martirii quem laurea prima coronat
Splendide laurenti Uincenti maxime clemens
Geruaſi qȝ audens Joannes Paule Prothaſi
Da Fabiane preces domino Ponti atque Sebaſti
Et Coſma Damiane pii cum fratribus almis
Aſſit et Hippolitus victor Dyoniſius ingens
Sancti purpureum fundentes morte cruorem
Pontificum martine decus Benedicte ſacrate
Auguſtine pater Silueſter et alte Georgi
Jheronime Anthoni Nicholae rogate tonantem
Bernardine minor Bernarde qȝ Regula morum
Paule qȝ ſecreti pro chriſto cultor eremi
Carolus Egidius Franciſcus odulphus Amandus
Obſecret Hylarius Lodoicus et optimus ille
Dominicus ſanctus qȝ Leo tu qȝ inclite martir
Leuite monachi doctores iure verendi
Atqȝ ſacerdotes/et qui coluiſtis eremum
Pontifices qȝ pii confeſſores qȝ colendi
Magdalena grata deo da vota preces qȝ ſupremo
Agnes virgo placens:et Barbara ſpes qȝ fides qȝ
Tercia deinde ſoror domino cariſſimā ſummo
Lucia martir ouans/ac Petronilla verenda
Agatha cecilie ſociata:pudica qȝ clara
Et Catherina decens/et Eliſabeth anna probata
Urſula cum ſociis vidue caſte qȝ puelle
Et ſancti ſancte qȝ deo quotcunque placetis

Eterno date vota patri date vota frequentes.
Gratus adeſto deus condona crimina nobis  Propicius eſto
Sis deus alme fauens exaudi vota tuorum
Tu quocunque malo nos eripe noxia tolle  Ab omni malo
Iram linque grauem ſubitā quoqꝫ pellito mortem  Ab ira et
Demonis inſidiis / odio nos erue diro  Ab inſidiis
Pelle voluntates prauas ſit nulla libido  Ab ira id
Fulgura decutias: clades / mortem qꝫ perhēnem  A fulgure
Proſit conceptum te natum xp̄e fuiſſe  Per cōceptionem
Et circūciſum veteri pro more tenellum  Per c̄cūciſionem
Et ꝙ lotus aquis ſeruans ieiunia ſancta  Per baptiſmum
ꝙ cruce ſuffixus moreris ſurgis qꝫ ſepultus  Per paſſionez
Ethera qꝫ ſcādis dextra prādēte paterna  Per admirabilem
Quot qꝫ ſacer celo vis ſpūs ille reuiſit  Per grāz ſancti
Iudicii terrente die nos protege fortis  In die iudicii
O deus omnibus ſuccurrito mortis ad horam  In hora mortꝫ
Quos peccata p̄mūt te nos exposcimus audi  Peccatores
Fac nos peniteat culpe: fac viuere recte
Eccleſiā qꝫ regas: pacem ſerues qꝫ perhēnē.  Ut eccleſiam
Pontificem atqꝫ patres da religione vigere  Ut pacem
Qui qꝫ aduerſantur fidei proſterne ruentes  Ut inimicos
Principibus fides / pax et concordia duret.  Ut pacem
Atqꝫ tuo populo cōiunctio pacis habundet.
Obſequio qꝫ pio fac nos incumbere fortes
Ad ſuprema poli tu noſtras erige mentes
Et bene de nobis meritos donato ſupernis  Ut oibꝫ bn̄facto.
Da fruges terre letas ſerues qꝫ vigentes.  Ut fructus
Criſticolas functos fac ſūma pace beatos  Ut oibus fidelibus
Exaudire velis eterni nate parentis
Agne dei peccata lauans tu parce miſellis.  Agnus dei. iii.
Agne dei qui corda lauas nos mitior audi
Agne dei qui nos redimis da viuere pace.
Audi xpriſte tuos / exaudi vota tuorum
Kyrie ſūme pater miſerere precantis eleyſon
xpriſte ſumme pater miſerere precantis eleyſon
Kyrie ſumme pater miſerere precantis eleyſon
Me deus alme iuua propere ſuccurre iacenti
Qui vite inſultant veritos confunde timentis

Inſidiatores paueant ſternis qꝫ ruentes
Ocyus auertas repentes euge dolores
Da gaudere pios quibus eſt tua gloria cordi.
Me deus alme iuua defectum rebus egenum
Adiutor properes inuicte potens qꝫ redemptor
Gloria magna patri tibi nate ac ſpiritus alme
Que ſine principio durans ſine fine manebit.
Fac famulos quorum rex et ſpes vnica reſtas
Indignante malo mox turris adeſto ſalutis.
Haud obſint hoſtes noceat nec criminis auctor
Nec deus infligas quod crimina noſtra merentur
Pontificem noſtrum da viuere: fac qꝫ beatum
Uiuant eternum qui dona probata tulerunt.
Da requiem functis lucem ſine fine micantem
In te defuncti requieſcant pace perhenni
Sanato famulos quorum ſpes firma refulges
De ſancto fer opem cito da qꝫ ſione tuere **Verſus reſpon.**
Audi vota deus clamores excipe noſtros
Aſſiſtat vobis dominus tua pectora firmet. **Orōnes Deus cui**
Cui pietas propria eſt proprium cui parcere ſemper
Quos delicta grauant bonitas tua ſoluere curet.
Audi chriſte deus: delictis parce fatentis
Da veniam miſeris pacem concede benignus
Emineat pietas totum cantanda per orbem
Ut mala condones nolens immittere penas
Offenſus culpa populum ſpectato precantem
Tolle flagella pius dum penitet ecce malorum
Pontifici miſerere deus quem dirige recta
Ut quecunqꝫ cupis peragat virtute decorus
Quos deſiderio munis deus inclite ſancto
Conſiliis factis qꝫ probis da pace vigere
Numinis igne ſacri renes incende redemptor
Corda qꝫ quo vigeat mens ſana in corpore ſano
Qui deus alme creas animas ſaluas qꝫ fideles
Clementer venia totiens dignare petita
Acturis aſſiſte deus proſis qꝫ ſub inde
Ut ſis principium factis et terminus idem.

Qui miſerere tuos ãctis qȝ fide qȝ futuros
Quos noſti: cunctis ad quos intentio noſtra eſt
Sanctorum precibus veniam largire cupitam:
Aſſiſtat vobis dominus tua pectora firmet
Omnipotens clemens qȝ deus nos audiat omnes
Functorum qȝ anime valeant in pace perhenni.

De ſanctis petro et paulo.

Soluito quis edium terrarum petre cathenas
Qui facis vt pateant regna ſuperna bonis
Paule ſacer gentes qui luſtras corporis orbem
Acquirens domino nos miſeratus ades. Verſus
Tranſiit in mũdum celeberrima contio totum
Et fines terre verba ſacrata replent. Oremus
Poſcimus omnipotens qui petro in fluctibus aſtas
Naufragio paulum tollis: adeſto tuis.

Ad ſanctum egidium.

Qui potes alme egidi precibus miteſcere chriſtum
Fac michi condonet crimina queqȝ reo.

De omnibus ſanctis.

O ſancti quicunque deum ſine nube videtis:
Ferte preces: audit vos ſimul ipſe libens. De pace.
Tu pacem largire deus dum viuimus almam
Tu qui propugnes vnicus auctor ades.

Decem precepta dei.

Tu ſolum venerare deum: veneratum adora
In vanum domini ne iures nomina ſummi
Tempora ſacra colas / ceſſent qȝ negocia feſtis.
Tu patri matri qȝ pios preſtabis honores
Non perimas quẽquam: nec ſubripe commoda furto.
Mechari caueas nec teſtis falſa depone.
Nullius vxorem cupias nec tollere quicq̃.
Hec precepta dei qui negligit ipſe peribit.

Septem opera miſericordie corporalis.

Nudum ſi fratrem videas operire ſtudeto
Atra fames epulis cedas ſitis horrida potu
Eripe captiuum: pateat domus hoſpita fratri.
Aſſiſtas egro: ſemper quid facta tulerunt.

Septem opera miſericordie ſpiritualis.

Solare afflictos errantem corrige clemens
Da veniam culpe: dubitanti conſule recte.
Ignarum doceas: patienter ferre memento
Fraternam qꝫ pio domino depoſce ſalutem.

Tres virtutes theologales.

Sit tibi firma fides: ſpes certa ſit ardor amoris

Quattuor virtutes cardinales

Sis prudens iuſtus fortis moderamine clarus

Ad epiſcopum anicienſem.

Cur varias natura vices cur tempora donant
Gaudia merorem meror et illa fugat.
Creſcentem puerum ponit ſub flore viuentem
Que iam letatur preteriiſſe dies.
Vir conſtans animo triſtem ſubit inde ſenectam
Quam nacto citius mors tibi certa venit.
Cur orto ſenium ſi tantum diſplicet inde
ꝗ plus vicina iam quaſi morte grauor.
Credo equidem nullum contentum viuere ſorte
Qualemcunqꝫ ſubit vult puer eſſe ſenex
Quem ſenii grauitas extollit vult puer eſſe
Sic ſemper cupio quod procul eſſe ſcio.
Si tamen alma fides de morte vera recenſet
Quod via ſit celi iure ſenecta placet.
Id cuicunque fide ſtat firma cogitet olim
Et viuat recte gloria magna ſeni eſt.
Te rogo magne pater quem tollat gloria celo
Succurras delpho paucula dando tuo.
Laurea ſumenda eſt externo prorſus egenti
Laurea que grandes euacuaret opes.
Ex grauis multis paruis licet vnus et ingens
Sit panis: noſtri tu miſerere precor.

Expliciunt ſeptem pſalmi penitentiales nouiter per egidium delphum ſocium ſorbonicum metrice compilati necnon per anthonium denidel in artibus magiſtrum pariſius impreſſi